Lex 29 [1].

SI quis fidejusserit in [2] usuras, non in biennium tantum, sed in tantum temporis in quantum cavit, tenetur. Quanto igitur voluerit tempore fidejussor in usuris se obliget, modo nec supra duplum [3] teneatur.

TIT. XLII.

DE [4] NOVATIONIBUS [5], ET DELEGATIONIBUS.

Delegatio debitoris non potest fieri, nisi eo consentiente: venditio vero nominis sic. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A. Timotheo.

DElegatio debiti, nisi [6] consentiente, & stipulanti [7] promittente debitore [8] jure perfici non potest. Nominis [9] autem venditio, & ignorante, vel invito [10] eo adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. PP. 5. Id. Febr. MAXIM. II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Ex delegatione, animo novandi facta, tollitur prior obligatio. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Firmino.

EX contractu pecuniæ creditæ actio inefficax dirigitur [11], si delegatione personæ rite [12] facta, jure novationis vetustior contractus evanuit [13]. PP. Kal. Sept. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

Cessio actionum non liberat debitorem. Salic.

3. Idem A. Mutiano.

SI delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud [14] te remanserunt, quamvis creditori tuo adversus eum solutionis causa mandaveris actiones, tamen antequam lis [15] contestetur, vel [16] aliquid [17] ex debito accipiat, vel [18] debitori tuo denunciaverit [19], exigere a debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. Quod si delegatione facta jure novationis tu liberatus [20] es, frustra vereris ne eo, quod quasi a cliente [21] tuo non faciat exactionem [22], ad te periculum [23] redundet: cum per [24] verborum obligationem voluntate novationis interposita, a debito liberatus sis. PP. 5. Id. Jun. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Procurator simpliciter factus ad exigendum, habet potestatem recipiendi, non novandi, vel aliter liberandi. Salic.

4. Idem A. Stratonico.

NOn abstulit tibi procurator tuus actionem, si cum ei mandasses exactionem [25] pecuniæ, quam hi tibi debebant contra quos supplices, parte accepta, de reliquo eos liberavit: cum neque contra [26] voluntatem tuam novationem facere, neque in eo, quod non solvebatur, eos liberare potuerit. PP. Id. Nov. GORD. A. & AVIOLA CONSS. 240.

Non debet quis mihi fidem rumpere, licet sibi rumpatur ab alio. Bald.

5. Impp. DIOCLET, & MAXIM. AA. & CC. Septimiæ.

S[27] pater tuus, cui te successisse proponis, creditori pro Alexandro suscepto nomine [28] certam pecuniam stipulanti spopondit, licet per improbitatem Alexander ei satis non fecit, tamen summæ promissæ nimis improbe solutio negatur. S. 2. Id. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

Etiam creditori debitor invitus non delegatur. Bald.

6. Iidem AA. & CC. Dertiparo.

NEc [29] creditoris creditori quisquam invitus [30] delegari potest. S. 12. Kal. Nov. *Dorostoli*, CC. CONSS.

Personalis actio non sequitur debitorem debitoris. Bald.

7. Iidem AA. & CC. Zoïlo.

SI [31] solvere tibi pecuniam delegatus Eucarpus dare spopondit: vel debitum constituit, suo nomine conveniri potest: alioqui adversus eum experiri pro chirographario [32] debitore tuo frustra conaris. S. 7. Kal. Januar. CC. CONSS.

Obligatio non novatur per obligationem, etiamsi nova persona interveniat, vel obligationi aliquid addatur, vel detrahatur.

8. Imp. JUSTINIANUS A. ad Senatum.

NOvationum nocentia corrigentes volumina [33], & veteris juris ambiguitates refecantes, fancimus: Si quis vel [34] aliam personam adhibuerit, vel mutaverit [35], vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam, vel minuendam esse crediderit, vel conditionem, seu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem [36] acceperit, vel aliquid fecerit, ex quo veteris juris conditores introducebant novationes: nihil penitus prioris cautelæ innovari, sed anteriora stare, & posteriora incrementum illis accedere: nisi [37] ipsi specialiter [38] remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint, *Quod* [39] *secundam magis pro anterioribus* [40] *elegerint:* Et generaliter definimus [41], voluntate [42] solum esse, non lege novandum [43]: & si non verbis exprimatur, ut sine novatione (quod solito vocabulo ἄνευ καινότητος [44], Græci dicunt) causa procedat, hoc enim naturalibus inesse rebus volumus, & non verbis extrinsecus supervenire. Dat. 11. Kalend. August. *Constantinopoli*, LAMPADIO, & ORESTE, VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XLIII.

DE SOLUTIONIBUS [45], ET LIBERATIONIBUS.

In quam causam solutum imputetur.

1. Imp. ANTONINUS A. Aristeneto.

IN [46] potestate ejus est, qui ex pluribus contractibus pecuniam debet, tempore solutionis exprimere, in *quam causam reddat.* Quod si [47] debitor id non fecit, convertitur electio ad eum, qui accepit [48], si neuter voluntatem suam expressit [49], prius in usuras id, quod solvitur, deinde in sortem accepto feretur. PP. 2. Non. Novembr. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Si fiscus tam debitori, quam creditori successerit.

2. Imp. ALEXANDER A. Bassæ.

LIberari fidejussores, quoties fiscus, tam debitori, quam creditori (licet diversis stationibus [50]) succedit, jus certum est. Quod & in tua persona Procuratores mei custodient. PP. Kal. Jul. LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

Si servo solvatur.

3. Imp. GORDIANUS A. Apollonio.

SI cum servus liberam peculii administrationem haberet, mutuam ab eo accepisti pecuniam, eique ante [51] ademptum peculium, vel prius quam ademptum cognoseres, eam exolviti, ea solutione liberatus es. PP. 5. Kalend. Octobr. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

Si servo solvatur. De instrumento non reddito.

4. Idem A. Rufinæ.

1 Hæc constitutio restituta est a Cujacio 19. *obs.* 35. 2 Usurarum fidejussor potest accipi. *l.* 10. §. *b. t.* 3 Vid. *l.* 10. §. *de usur.*

4 Dixi ad *L.* 46. *D.* 2. §. 3. *Inst. quibus mod. toll. obl.* 5 Novatio ὀνοματοποιία (unde καινοποιεῖσθαι novari) delegatio vero μετάδοσις, hoc est, translatio. *Syn. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 1. *cap.* 72. καινότης *in l. ult.* ¶. *h. t.* 6 Debitor invito creditore, alium vice sua debitorem constituere non potest. vid. *l.* 6. ¶. *h. t.* 1. §. *in fin.* §. *de obligat.* 7 Creditori fc. fit enim delegatio per stipulationem, *l.* 11. *ff. h. t.* & litis contestationem. *ib.* 8 Qui delegat scilicet. 9 Nomen vendi potest. *l.* 3. §. *de hered. vel act.* 10 Invito debitore nomen alteri possum cedere, *ut hic.* Debitorem invitum delegare non possum. §. *b. t.* 11 Si translatio debiti fiat, in universum obligatio prior perimitur, *ut hic. Syn. Bas. tit.* 6. *ex lib.* 26. *c.* 33. & 3. Harm. §. 9. 88. 12 Per stipulationem: ut & litis contestationem. *l.* 11. *in fin. ff. h. t.* 13 Debitorem rite delegatum convenire possumus, *ut hic.* Cur ita? *l.* 18. *ff. de fidejuss.* §. 3. *Inst. quib. mod. toll. oblig.* 14 Cedens nomen debito non liberatur, *ut hic*, qui delegat literatur, *vers. quod fi delegatione.* ¶. Cur ita? nondum adito nefcio debitore debitoris potest: delegatio vero fit, eo præsente; eo promittente creditori, cui fit delegatio. adde Socin. *reg.* 80. Goth. Vid. Zanger. *de Except. part.* 3. *c.* 6. *num.* 38. & Joann. a Sand. *decis. Frisicar. lib.* 3. *tit.* 7. *defin.* 2. Ant. 15 Primus casus quo nomen cedenti solvi non potest. adde Socin. *reg.* 79. 16 Fit enim per litis contestationem delegatio. *l.* 11. *in fin. ff. h. t.* 17 Secundus casus. 18 Tertius casus. 19 Nomen creditori solvi potest, tribus casibus excepto. *fuspr. h. t.* 20 *L. ultim. ff. de lege commissf.* 21 Delegatione debitor liberatur. 22 Cliens hic delegatum significat, quibusdam videtur significare suscepturn in fidem, ut & alibi *in l.* 3. *ff. de usu & habit. l.* 5. §. 1. *ff. de his qui effud. vel deject. l.* 3. §. 6. *ff. de panis. l.* 89. *ff. de furtis. l.* 7. §. 1. *ff. de captiv.* vide Perrum Pithœum *tit.* 9. *Notar. Mosaic.* 23 Periculum delegati creditor sufficit, at non delegans. *l.* 96. §. 2. *ff. de solutionibus.* 24 Novatio fit per verborum obligationem, voluntate novationis interposita. 25 Procurator ad exigendum datus, accepto ferre & novare non potest, *ut hic.* ¶. *d.* 21. *ff. h. t. l.* 13. §. 10. *ff. de accepilat.* 26 Procurator sine mandato novare non potest, *ut hic*, cum mandato potest *d. l.* 13. accepto ferre non potest, nili antea mandatum habuerit novandi. Ideoque directo per procuratorem non fit acceptilatio, sed per obliquum; & ita intelligi quod scripsi ad *d. l.* 13. 27 Qui ex stipulatu pro alio spopondit, satisfacere debet, quamvis ipse nihil acceptit, *Syn. tit.* 6. 36. & 3. Harm. 6. §. 3. 28 Susceptor alienæ obligationis solvere tenetur, etiamsi rem principalis ei non satisfaciat. *l.* 12. *ff. h. t.* 29 Invitus nemo creditori creditoris sui delegari potest. *Syn. ibid.* 30 *l.* 1. ¶. *h. t.* 31 Ab eo qui delegatus est solvere alterius debitum, si mihi dare spoponderit, aut debitum constituerit, recte petetur. *Synopf. Basil.* 29. *tit.* 3. *ex tit.* 1. *cap.* 37. vel ita: Qui alterius debitum in se receptit, si spoponderit & debitum constituerit, recte suo nomine conveniur. 3. Harm. 6. §. 2. 32 Chirographarius creditor debitorem debitoris convenire non potest. vid. Cujac. 8. *obs.* 19. 33 Volumina novationum hinc inde quod difficultates, ambiguitates. 34 Novatio non fit persona alia adhibita, mutatione, pignore accepto, quantitate aucta, minuta: conditione vel tempore adjectis: cautione minore accepta & limitibus. Quid igitur? fit tantum novatio, si hoc nominatim expressum fuerit, *ut hic.* 35 Ἐκκλάσεις *Basil. l.* 7. *Eclog.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 1. *cap.* 38. mutuaverit, *Hal.* & male, significatur hic novatio quæ fit interventu novi debitoris. 36 *Iunioren.* ita legitur in quibusdam manuscriptis, quam lectionem probat Cujac. 19. *obs.* 36. confirmatque ex lege 57. *ff. de adm. & peric. tut.* quæ docet novationem fieri (etiamsi prius amissum fit chirographum) facto chirographo, licet nec persona, nec causa obligationis mutata fit. 37 Εἰ μὴ ἰδικῶς τοῦτο ῥηθῇ, nisi specialiter expressum fuerit. *Syn. ibi.* c. 38. ὅτι πρῶτος συμβιβάσῃ τις, cum diversis verbis ita conveniat. 3. Harm. c. 8. 89. 38 Novatio debiti nulla fit, nisi specialiter expressum fuerit, *a priori debito recedi:* neque sufficit aliam personam adhibitam, mutatamve: non sufficit denique pignus acceptum esse, debitum auctum: conditionem minutam, tempus adjectum. *Syn. & Harm. d. loco.* adde *l.* 22. *ff. de leg.* 3. 39 Hanc formulam referunt Græci, ὅτι ἀπὸ τῶν πρώτων κινδυνεύσας χρέως, id est, quod a priori debito recedamus. *Synopf. ibid.* ἀδήλως τὸν πρωτεύοντα τῶν δικῶν καὶ λαμβάνῃ σε, id est, priorem debitorem obligatione libero, & te accipio. *Harm. ibid.* 40 Id est, pro anteriori obligatione. 41 Quid definit Justinianus? sane hac constitutione definit, Novationem non præsumi, sed probari factam oportere: non intelligi factam nisi specialiter dictum sit, *ut a priori debito recederetur.* Quod cum ita sit: cur hic additi, voluntate solum esse, non lege novandum? Nam si voluntate solum novatur, non lege, verbis generalibus fiet novatio, nec specialis mentio novationis exigitur. Deinde quid hæc tibi volunt? *novandum, esse non verbis exprimatur, ut sine novatione causa procedat.* Postremo, cum hic statuat Justinianus, non alias novationem esse, quam si specialiter adjudicatur, dicendi a priore obligatione, cum in hac hæc verba adjicit? *hoc naturalibus insitæ rebus & non verbis extrinsecus supervenire.* hæc enim satis innuunt, quibuscunque verbis inesse vim novandi: speciales formulam non requiri: tacite vim novationis quibuscunque verbis inesse: fulminetur denique novationes naturæ ipsa, sine ulla verborum mentione factæ, ad id, quod receptum non est, seu ad id quod non probatur redditum, non porrigitur. *l.* 13. ¶. *b. t. l.* 7. *fuspr. de except. l.* 24. *l.* 31. §. *de transf. l.* 67. §. 3. *ff. de cond. ind.* 8 Hæc adjectio *donationis hyperoches aut superflui*, ab his præterim qui non ita bona fide cum aliquo contrahunt, omitti non soleat. Donatio hyperoches, Gallis est *donation de plus valoir.* dixi ad *d.* §. 7. 9 Hanc legem interpretari potes ex *l.* 4. §. *de compensf.* 10 Vid. *d. l.* 4. *in fin.* Goth. vid. *Zanger. de except. part.* 3. *c.* 8. *num.* 13. Ant. 11 Loci utilitas debitori arbitraria actione potest eripi. *l.* 1. 2. 8. & 10. *ff. de eo quod certo loco.* §. 33. *vers. loco. Inst. de act.* 12 *Permittere*, quidam ita legunt apud Accursium. 13 *Deferri*, quidam ita legunt. 14 Aliius pura actione loci utilitatem nemo creditori auferre potest. §. 33. *vers. si quis tamen. Inst. de act. l.* 5. §. *de eo quod certo loco.* 15 De qua vid. *d.* §. 33. *vers. propter quam causam. vers. que utilitas.* 16 *l.* 39. *ff. h. t. l.* 19. *fuspr. de usur. l.* 56. §. 1. *ff. mandati.* 17 Nisi forte id quod non offertur, liquidum non fit, fed incertum. *arg. l.* 21. *ff. de reb. credit.* 18 Obligatio debiti foleuiter fieri intelligitur, quæ jure fit. Non fit nuda. *l.* 11. *fuspr. de usur.* quæ fit opportuno tempore & loco. *l. fuic. fi eo loco. d. l.* 39. quæ pure, quæ citra conditionem, quæ totius debiti. §. *hic. ibi, totius debitæ pecuniæ.* Quid li incerta debiti fit summa? fidejussores dari voluit qui de eo quod obscurius est, spondeant, Alex. *cons.* 24. *n.* 9. *argum. l.* 5. *l.* 34. *in fin. ff. de fideiuss.* Quid, verbalis oblatio sufficine? interpretes diffentiunt in *l. qui Romæ.* 122. *ff. de verb. oblig.* ubi vid. Cuj. 8. *ad Afric. ad l.* 39. *ff. de solutionib.* Nonnulli ajunt, alii negant, adeo ut realis in folle non sufficiat. *l.* 82. *ff. de cond. & demonst.* poteft tamen pecunia ex facculo exhiberi tcftibus præfentibus, poftea obfignari. *l. ult. ff. de l. commissf.* ac deponi in publicum. *l.* 19. §. *de usur. l.* 10. *fuspr. de pign. act.* vid. Ferrarient. *in forma libelli compromiss.* 28. *in verbo, legitime obtulerit.* 17. 19 Adeo ut pofitas pecunia conftituti peteat. *l.* 39. *ff. h. t.* 20 *l.* 32. *ff. de usur.* 21 Hæc vox meo judicio fuspectfi. Hic enim agitur de effectu obfcationis, non folutionis, aut legendum *obtatio*, vel ita legendum eft: *fi eo loco quo debetur, foluta fieri fuerit celebrata.* 22 Solutio legitima facta defuncto, revocari non potest. adde *l.* 3. §. *de reb. alienis non alienand.* 23 Mancipia in folutum dari poffunt. vid. *l.* 27. ¶. *h. t.* adde *l.* 13. §. *de pign. & hyp.* 24 3. Harm. 5. §. 78. 25 Uxori quod debetur, marito folvi non potest ultra confenfum uxoris etiam minoris 25. annis. *l.* 39. *ff. de negot.* adde *l.* 8. *in fin. ff. de novation.* 26 Ea ætas τέλειος Græcis, Harmenopulo & autori Synopfeos, de quo mox dicemus. 27 Ratihabitione major inutilem folutionem confirmat, *ut hic.* Ratum habere hic quid eft? aut quo fenfu ratum habere ipfa mulier dicitur? Scholiaftes Græcus Synopfeos Basil. 7. *tit.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 3. *c.* 112. ratum haberi fcribit, quoties ipfa mulier accepit συγχωρήσῃ καὶ κατανεύσῃ ὡς κύριε καὶ ὑποκείμενε τῷ ἀνδρί &c. id eft, quoties ipfa mulier non tantum accepit, fed acceptum una cum marito confumpfit, ut domina, non ut marito fubjecta, ut alias confenfifle non intelligatur. Nam

NIhil intereft, utrum creditori mutuam pecuniam folveris, an ex ejus voluntate [1] fervo [2] numeraveris. Nec enim ex eo quod creditor conceffit in fatum, prius quam inftrumenta [3] redderet, evacuatæ obligationis vires reparari queunt. PP. 2. Id. Octob. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

De eo, qui quantitatem ab alio debitam creditori offert, aut solvit.

5. Idem A. Celso.

NUlla tibi adverfus [4] creditorem alienum actio fupereft, eo quod ei debitam quantitatem offerens, jus obligationis in te transferri defideras: cum ab eo te nomen comparaffe non fuggeras: licet [5] foluftione ab alio facta nomine debitoris, evanefcere foleat obligatio. PP. 15. Kal. Nov. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

De errore apochæ.

6. Idem A. Alexandro.

SI inter patrem tuum, eosque quos debitores esse dicebas, non de [6] dubia lite transactio facta est, sed parte tantummodo recuperata, *universum* [7] *se recepisse* cavit, nec de superfluo eos, quos verbis obligavit, per acceptilationem liberavit, nec donationis [8] causa id factum est; exuberantis debiti integra ei repetitio competit. PP. Id. Febr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De usuris.

7. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Antiocho.

EJus quantitatis, cujus petitionem ratio compensationis [9] excludit, usuras [10] non posse repofci manifeftum eft. PP. 5. Kal. Auguft. PEREGRINO, & ÆMILIANO CONSS. 245.

8. Idem A. & C. Rufino.

USuras, quæ quotannis in [11] urbe numerandæ funt, promittere [12] alio loco dependi [13], nisi [14] ex justa causa [15] exempli ratio minime finit. PP. 5. Id. Maji, PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De oblatione, & consignatione pecuniæ debitæ.

9. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. Caffio.

OBfignatione [16] totius [17] debitæ pecuniæ folenniter [18] facta, liberationem [19] contingere manifeftum eft. Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit, fi eo loco [20] quo debetur, foluto [21] fuerit celebrata. PP. 5. Id. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De datis in solutum.

10. Iidem AA. & CC. Ambrofio.

SUcceffores ejus, qui major vigintiquinque annis in folutum [22] pro debito jure mancipia [23] dedit, hæc revocare non poffe conftat. S. 5. Id. April. *Bizantii*, AA. CONSS.

Si marito solvatur, quod uxori debetur.

11. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

CUm [24] maritum [25] tuum a debitoribus tuis minoris vigintiquinque annis conftitutæ, velut ex caufa tibi debiti aliquas accepiffe quantitates, nec tamen te confenfum accommodaffe fignifices, nullum tibi præjudicium potuit fieri, nifi factam folutionem poft majorem [26] ætatem ratam [27] feceris. S. 5. Kal. Maji, *Heraclitæ*, AA. CONSS.

Si extraneo solvatur.

12. Iidem AA. & CC. Eutychio.

INvito vel ignorante creditore qui folvit alii [28], fe non liberat obligatione. Quod fi hoc, vel mandante [29], vel ratum habente eo fecerit, non minus liberationem confequitur, quam fi eidem creditori folviffet. S. 3. Id. Maji, AA. & CC. CONSS.

De simulata liberatione.

13. Iidem AA. & CC. Philotimo.

SI obligatum hominem ex caufa mandati, non per ftipulationem facta novatione [30] poft acceptilationem liberafti, fed [31] tantum receptam ex [32] eadem caufa debitam quantitatem falfo [33] fcripfisti: figmento veritatis extingui non potuit obligatio. S. 6. Kal. Jun. AA. CONSS.

Collatio apochæ, & redditi chirographi.

14. Iidem AA. & CC. Cohortæ.

PEcuniæ [34] folutæ profeffio [35] collata inftrumento, majorem rei geftæ probationem continet, quam [36] fi chirographum acceptæ pecuniæ mutuæ fuiffet redditum [37]. S. 5. Id. Jul. AA. CONSS.

De chirographo reddito contra voluntatem creditoris.

15. Iidem AA. & CC. Quartino.

QUod debitori tuo chirographum [38] redditum [39] contra [40] voluntatem tuam adfeveras [41], nihil de jure tuo diminutum eft. Quibuscumque itaque argumentis jure proditis hanc obligationem tibi probanti, eum pro hujusmodi facto liberationem minime confecutum, Judex ad folutionem debiti jure compellet. S. 5. Kal. Sept. AA. CONSS.

Quid solvendum sit.

16. Iidem AA. & CC. Charidemo.

EUm, a quo mutuam fumfifti pecuniam, in folutum nolentem fuscipere nomen [42] debitoris tui compelli juris ratio non permittit. In AUTHENT. de fidejuffor. & mandator. §. quod autem, col. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 3.

HOc, *nisi debitor in pecunia vel alia re mobili solvere nequeat: tunc enim res immobilis quam debitor habet meliorem, solvi potest, facta per Judicem subtili ejus causæ æstimatione, ut rem prædictam, & debitori solvere, & creditori liceat petere, præstanda creditori cautela de evictione quæ debitori possibilis sit: quod est in omni actione. At si creditor paratus sit emptorem rei præstare, oportet debitorem cautela Judicis arbitrio creditori præbita, rem tunc distrahere, ut satisfiat creditori.*

Si alius pro debitore solverit. De rebus pro numerata pecunia in solutum datis.

17. Iidem AA. & CC. Caffio.

MAnifefti juris eft, tam alio [43] pro debitore folvente, quam rebus [44] pro numerata pecunia confentiente creditore datis, tolli paratam [45] obligationem. S. Kal. Dec. *Sirmii*, AA. CONSS.

De chirographis debitori redditis cum subscriptione procuratoris significantis nihil creditoribus deberi.

18. Iidem AA. & CC. Domitio.

INquifitio veritatis tolli non potuit, quod chirographa, quæ fecerat procurator tuus, recepta, tibique reftituta ab ipfius herede proponas, cum fubfcriptione procuratoris fignificante, *Quod* [46] *nihil creditoribus debeatur:* cum nihil prohibeat, & creditoribus fatisfactum [effe,] & non veftræ pecuniæ, fed ipfius, cui negotium gerendum mandaveras, procelliffe folutionem. S. Id. Febr. CC. CONSS.

Si servo solvatur.

19. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI actori [47] [fervo,] tam mutuis dandis pecuniis, quam debitis accipiendis præpofito [48], in hoc quod fufceperas, ejus dominæ per ipfum fatisfeceffi: inftrumentum inane [49] folutione celebrata nihil tibi nocere poteft. Aliter enim folventes fervo de actione dominæ liberare fe minime poffunt. S. 5. Id. Octobr. CC. CONSS.

